

medium noctis, surrexitq; media nocte & apprehendit fores portæ ciuitatis cum duobus postibus & sera: impositasque humeris suis portauit ad verticem montis qui respicit Chebron.

Et fuit post hæc, dilexit mulierem in valle Sorec: & vocabatur Delila. Nec sit an mulier ista fuerit Hebræa an Pelistina: ex eo tamen quod non scribitur Pelistina, innuitur quod nō erat alienigena sed Hebræa. Parui autē refert q; Hebraicè legitur in torrente Sorec. Et quo ad nomen mulieris legendum esset Delila. Venerantque ad eam principes Pelistinorum & dixerunt ei: decipe eum & vide in quo sit fortitudo eius magna, & quomodo cum superare valeamus & vinculum affligere: quod si feceris dabimus ibi singuli mille & centum argenteos. Quot fuerint isti satrapæ Pelistinorum non est scriptus: s; quia tamen quinque erant Pelistinorum ciuitates præcipue, creduntur fuisse quinque. & tum authoritate (dominabantur enim Pelistini Hebræis) tum magnitudine pecuniae, tū leuitate mali quod comminabantur inferre Samsoni (nō enim eum emabant ad occidendum aut vulnerandum sed ad affligendum) facilè muliebrem animum corruerunt.

Dixitque Delila ad Simsonem indica quæso mihi in quo est fortitudo tua magna, & quid si quo ligatus erumpere nequeas. Parui refert quod Hebraicè habetur. & quo ligari ad affligendum te, in idem enim redit sententia. Dixitq; ei Simson: si septem neruicis funibus necrum siccis & adhuc humentibus. Iuxta Hebreum habetur: funibus recentibus qua non fuerunt siccatae ligatus fuero, infirmus ero & ut ceteri homines. Incerta est materia horum funiculorum: quanvis certum sit quod inuenitur quādoque siccata & quandoque recens. & si libratum fuerit recens contra exiccatum, apparebit quod recens ponitur pro viridi: & significantur funiculi ex virgultis viridibus. Attuleruntq; ad cā satrapæ Pelistinorum septem funes ut dixerat: quibus vinxit eum, latenter apud eam insidiis & in cubiculo finem rei expectantibus. Dixitq; ad eum, Pelistim super te Simson. Aduerte prudēs lector, quod mulier nō studebat ad hoc ut occideretur Samson (facile enim fuisse dormientem à latētibus in aula occidi) sed laborabat ut vincitus traderetur Pelistinis affligēdus: & propterea interpres pro claritate historię apposuit finem rei expectatibus. Ligato enim Samsonem & dicente muliere Pelistim super te Samson, tentabatur an ex huiusmodi incusione timoris tanquam superuenientium Pelistinorum Samson præualeret.

præualeret vinculis: vt si præualeret, incusisse timorem iocando fingeret mulier: si autem non præualeret, prodiret latētes in cubiculo Pelistini & caperent eum. Et hoc modo intellige singulis vicibus repetita vincula & repetitas cōmiantiones seu excitationes Pelistim super te Sāson, cū latētib⁹. insidiis & rupit funes sicut rupit filum stup⁹ & quādo odorat ipsum ignis: & non est cognita fortitudo eius. Dixitque Delila ad Simsonem illūst̄ mihi & falsum locutus es, nunc indica quæso mihi quo ligari debes. Cui ille respondebat: si ligaueris me nouis funibus quibus non est factum opus, infirmus ero & alius hominibus similis. Quibus rursum Delila vinxit eum, & dixit ei Pelistim super te Simson, insidiæ autem manebant in cubiculo: & rupit eos de brachiis suis secut⁹ filum. Dixitq; Delila ad eum, usquequo decipies me & falsum loqueris, inca mihi quo ligari debes: dixitq; ad eum si sept. m. crines capitis mei licio texuerit & clavum his circumligatum terræ fixerit, infirmus ero. Aliut capillos Samsonis diuinos suisse in septem partes quasi septem cincinnos, & propterea scriptum esse septem crines; quia tamen hoc non est certum, tutius est per septē crines intelligere crines vniuersos, erat enim Nazareus habens longos crines, & septenario numero vniuersitatē significati perspicuum est. Quod cum fecisset Delila, dixit ad eum Pelistim super te Simson: qui consurgens de somno, extraxit clavum cum crinibus & licio. Dixitq; ad eum Delila: quomodo dicas quod amas me, cum animus tuus non sit tecum: iam ter illūst̄ mihi & non indicasti mihi in quo sit fortitudo tua magna.

Et fuit cum coartaret eum verbis suis omnibus diebus & molestaret eum, lassata est anima eius usque ad mortem. Cerne quanta est vis infani amoris muliebris. & hyperbolico sermone describitur lassitudo animi usque ad mortem. Indicavitque ei totum cor suum & dixit ei: nouacula nunquam ascendit super caput meum, quia Nōcīrus Dei sum ab utro matris meæ. Iuxta Hebreum habetur nomen Elohim, si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea & disiciam, & ero sicut ceteri homines. Hinc clare appetat quod fortitudo Samsonis agnoscetur ab ipsomet non ex naturalibus viribus, sed speciale donum Dei, capilli enim non conferunt vires: & consequenter rasus non perdit vires naturales. Vidensque Delila quod indicasset sibi totum cor suum, misit & vocauit principes Pelistinorum dicendo, ascende adhuc semel quia nunc indicauit mihi totum cor suum: qui ascendaverunt assumpta pecunia quam promiserant. At illa dor-

mire eum fecit super genua sua , vocauitq; tonsorem & rasit septem crines eius . Intellige hæc vt supra . & capit abigere eum . Iuxta Hebreum habetur . & capit affigere eū , & recebit fortitudo eius ab eo . Dixitq; Pelisthim super te Samson . Qualis fuerit afflictio non est scriptum . opinetur quisque vt sibi videtur : veruntamen perpendat quod duo simul patravit mulier . nam & facto afflixit eum , & verbo excitauit eum solita cōminatione Pelisthim super te Samson , & vtrunque ad tentādum si verē recessisset ab eo fortitudo eius . Vnde & subditur quod ex persegefactus proposuit facere sicut aliis vicib⁹ fecerat . qui de somno consurgens dixit in animo suo , egrediar sicut ante feci & excutiam me , nesciēs quod recesserat ab eo dominus . Mirum est quod nescisse dicatur quod se scire præixerat , dico si rafus fureo recedet à me fortitudo mea . Solutio est quod expergefactus non animaduertit ad caput suū rasum sed animū applicauit ad vtendū solito robore . in repentinis enim operamur secundū præexistētē habitū : & propterea dicitur nesciēs quo ad actualem notitiā in illa excitatione . Significantius autē dicitur q; Iehouah recessit à super eum : tu ad insinuādum propriā causam fortitudinis Samsonis fuisse Deū manētem super Sāsonem , manētem autē nō localiter sed secundū speciale donum assistendi ad vtendum mēbris Sāsonis ad opera tantæ fortitudinis . tum ad insinuandum spiritū diuinum super Samsonem fuisse gratiā gratis datam ad externas actiones fortitudinis : ideo enim scribitur nō solum quod recessit ab eo fortitudo eius , sed etiam quod recessit ab eo Iehouah .

Quem cum apprehendissent Pelisthim . Cōperto per experientiam quod Samson perdidera fortitudine suā , vocati à muliere Pelistini in aula latentes comprehendenterunt eum . statim eruerunt oculos eius . Superfluit , statim . Sed violauerunt fidem effodiēdo oculos Sāsonis . nam promisitēt mulieri ligare eū dūtaxat ad affligendum . & descendere fecerūt eū in Hazā vinclū catenis , & clausum in carcere molere fecerūt . Iuxta Heb . habetur . & ligauerunt ipsum in cōpedibus ferri , & fuit molitor in domo vimtorū . Sententia est clara . Iamq; capilli eius renasci cōperant . Iuxta Hebreum habetur . Et capit capillus eius germinare sicut fuit rafus . Et est sensus quod raso capite nō fuit priuat⁹ Sāson germine capillorū , sed iuxta solitū naturæ cursum cooperunt capilli crescere . Et scribitur hoc ad significandum regressum Nazaræatus in Samfone . iuxta legis enim sanctionem si Nazaræus

zarœus infra tempus Nazaræatus fuisset rafus , oportebat item incipere Nazaræatum : vt patet Nume . 10 .

Et principes Pelistinorum congregati sunt ad sacrificandum sacrificium magnum Dagon Deo suo & ad laetitiam dixerunt que tradidit nobis Deus noster in manu nostram Simson inimicum nostrum . Quod etiam videns populus laudabat Dcūm suum : dicebat enim , tradidit Deus noster in manus nostras inimicum nostrum & delentem terram nostram & qui occidit plurimos . Et fuit cum iucundum esset cor eorū , dixerunt vocate Simson & faciat ridere nos : qui adductus de carcere ludebat ante eos , fecerūtque cum stare inter columnas . Dixitq; Simson ad puerū qui tenebat manum eius : duc me & fac me tangere columnas super quas domus firmatur , & innitar eis . Domus autem erat plena virorum ac mulierum , & ibi erant omnes principes Pelistinorum : & super tellum circiter tria millia virorum & mulierum qui spectabat cum luderet Simson . At ille invocato domino ait : domino Deus meus memento mei . Iuxta Hebreum habetur . Adonai Iehoui memento mei queso . Supplicantis blandis nominibus sunt preces . & robora me obsecro tātum hac vice Elohim . Tertium adicit diuinum nomen , primum domine mi , deinde fontem effendi , & demum gubernatorem ac iudicem vniuersorum inuocat . Nec confudit in auditis capillis qui obsecrat supplex pro labore hac vice , & vlciscar vltione una de duobus oculis mes de Pelisthini . Quanuis Pelisthini deos suos laudarent , nihil tamen scribitur zeli diuini in Sāsonem , sed dūtaxat amor vindicādi oculos proprios : vt intelligamus Pelisthinos quidem ex sua idolatria meruisse occidi , Samsonem autē persistentem in cultu veri Dei obtinuisse à Deo robur ad vltionem propriam quam Deus ordinabat ad vltionem quoque diuinam . Et apprehendens Simson duas columnas medias quibus innitebatur domus , alterāmque earum dextera & alteram leua tenens , ait moriatur anima mea cum Pelisthimi . Anima proculdubio pro vita corporali sumitur Hebraico loquendi more . elegisse siquidem se mori simul cum Pelisthini manifestat : quemadmodum princeps exercitus prostratus hostes , mortem propriam concomitatem nō respuit .

Non elegitur in huiusmodi casibus mors propria in seipsa : sed per se elegitur mors hostium , & concomitans propria mors toleranda admittitur propter bonum vltionis . Peripicuum est autem humanas actiones morales iudicandas esse bonas vel malas moraliter ex per se obiecto consono vel

IVDICVM

dissono à ratione recta, quicquid sit de concomitantibus; ut pater de hominem iniquum occidente se defendendo, quāvis iniqui cōcomitetur æterna mors in inferno, quia defensē hæc non intendit quanuis cognoscat, sed intendit defendere se, ad quod sequitur & mors corporis & animæ alterius. Concusſque fortiter colūnis, cecidit domus super omnes principes & ceteram multitudinem quæ ibi erat: pluresque interfecit moriens quam antè viuus interfecerat. Descenderunt autem fratres eius & tota domus patris eius, & tulerunt eum & ascenderunt, & sepelierunt eum inter Zorham & Esthaol in sepulchro Manoach patru eius iudicavitque Israhel viginti annis.

CAPVT XVII.

Virj vir de monte Ephraim, cuius nomen erat Micha'iehu. Qui dixit matris sua: mille & centuræ ergœti quos separaueras. Iuxta Hebreum habetur. qui fuerunt ablati à te. Fuerant enim furtiæ ablati. & super quibus me audiret separaueras. Iuxta Hebreum habetur. & tu invasti maleficēdo etiam dixisti in auribus meis. Inuocauerat enim Deum imprecando malum, vt cōsueverūt mulieres amissis rebus execrations dicere. ecce ego habeo eos & apud me sunt. Iuxta Heb. habetur. ecce argētū meū est. ego accepi ipsum. Fatetur si ius se abstulisse argētū illud, & adhuc esse apud se. & dixi mater eius, benedictus filius meus domino. Nomē est tetragramaton. Et mirū est q̄ mulier idolatra verū Deū inuocat ad opus idolatriæ. ideo enim benedit filio, quia adimplerat se iam videt votū suū ad faciēdū idolā, vt testātur subiuncta. Solutio est q̄ isti arbitrabātur obsequiū se præstare Deo vero, venerando idola quædā nullius specialis Dei nomine insignita. Coniectura autē huius habetur, tum ex eo quod pluries in hoc negotio repetitur nomen domini tetragramaton, quod est nomen proprium veri Dei. tum quod idola absq; aliquo nomine proprio alicuius Dei aut animalis scribūtur in litera. Unde & mater subiungit se sanctificasse argētum hoc domino. & est nomen Tetragramaton, clarē significans obsequiū sui votum directum vero Deo. Et reddidit mille & centum argenteos matris sua: dixitq; mater eius, sanctificando sanctificauī argētum domino de manu mea filio meo ad faciēdū sculptile atque constatiile. & nunc trado illud tibi. Iuxta Hebr. habetur. & nūc reddā ipsum tibi. Litera Hebraico more texitur: prius narrando factū (vide icet quod filius restituit mari argentū) deinde narrā-

do

CAPVT XVII.

77

do verba matris ad filium interiecta antequā restitutio fieret (videlicet quod sanctificauerat argentum illud Deo, intercedente tamen executione filii: & propterea reddebat illud filio ad exequendum votum) & demum repetēdo restitutioñem.

Rediditq; argētū matris sua: quæ tulit ducentos argenteos, & dedidit eos argētario. Intellige eam dedisse per filium. & fecit ex eius sculptile atque constatiile, quod fuit in domo Micha'iehu. Viroq; Micha'iehu fuit domus Dei. Nomen est Elohim: quod est nomen commune vero Deo & diis secundum opinionem. & fecit Ephod & Theraphim Quod autem sequitur (id est vestem sacerdotalem & idola) Interpres addidit. Et Ephod significat vestē superhumeralē qua vtebantur in sacris: Theraphim autē obscurē est significatio. certū tamen est & ex Gen. 31. & hinc q̄ nomen est sim lachrorum: nā quæ prius dixerat sculptile & constatiile, modò appellat Theraphim. Aliunt autem Theraphim esse nomen offici, ita quod statuæ ad officium diuinandi appellabantur Theraphim. & si hoc est verum, explicavit author quorūm hæc simulachra (alterum incisione, alterum fussione facta) culta fuerint. Impletusq; vniuersitatem filiorū suorum manum, & fuit ei in sacerdotē. Sæpe legitur actus iste implendi manum ad cōstituendum sacerdotem, sed adhuc non cōperī quid esset. suspicari licet quod implebat manus oleo, tanquam cōscrādo illius manus: vel q̄ impleretur manus aliquo offerto primū Deo. Crediderim tamen ego q̄ implere sumitur pro perficere. & est sensus, perficit manus perfectione requisita ad manus sacerdotales: quod est vngere manus mixtura ex oleo & sanguine: vt in vñctione sacerdotum legalium appetat. Et hæc sufficiat pro expositione similiū vbi repetuntur. In diebus illis non erat rex in Israhel: sed vñusquisque quod sibi regnum vtebatur hoc faciebat. Non dicitur non erat iudex: & propterea incertum restat tēpus quo hæc gesta fuerunt quæ narrantur ab hoc capitulo vñque ad finem huius libri. iudices enim non dominabantur quemadmodum reges dominabantur: & propterea dicendo non erat rex, significatur quod non erat alius dominus, non erat alius habens potestatem coercendi inuitos & puniēdi &c. & propterea vñusquisque suo arbitrio regebat.

Vitj in tempore illo adolescens de Beth'lehem Iehuda, ex coniugatione eius. Clarius scribitur Hebraice, de familia Iehuda: eratq; ipse Lewia & peregrinabatur ibi. Mirū est q̄ iste simulacribus

IVDICVM

scribitur & Leuita & de familia Iude: cum tribus Leui & tribus Iudae essent diuersæ tribus. Cessat autem admiratio, intelligendo Leuitam maternum genus ex tribu Iudae, paternum vero ex tribu Leui duxisse. Abintq; vir de ciuitate Beth' lechim Ichuda ad peregrinandum vbi cunq; sibi cōmodū innenisset: venitq; in monte Ephraim usque ad domum Michae facies iter suū. Dixitq; ei Michas, unde venis? & dixit ei Leuita, ego sum de Beth' lechim Ichuda & dabo ad peregrinandum vbi cunq; inuenero. Dixitq; ei Michas: mane apud me & es mihi in patre ac sacerdoti, & dabo tibi decem argenteos annuatim ac vestē duplice. Parui refert quod Heb. habetur. & ordinationē vestīi. integra siquidē prouisio vestīi promittitur. & viēlū tuū acquiescitq;. Iuxta Heb. habetur. & iuit Leuita. Deinde sequitur. Et voluit Leuita manere cū vīo. Insinuator q; extra domū colloquiū hoc fuerit: & q; his a iuditis Leuita iuit domum & vidit eā, & quod visus omnibus placuit ei manere ibidē. & fuit adolescēs ei sicut unus ex filiis eius. Impletusq; Michas manū Leuita. Expone ut supra. & fuit ei adolescēs in sacerdotē: fuitq; in domo Michae. Dixitq; Michas: nūc scio quod benefaciat mihi dominus, quia est mihi Leuita in sacerdotē. Dicitio interpretata dominus, est nomen tetragramaton: ut hinc etiā cōiiciamus quod arbitrabatur Michas in cultu illo obsequiū se prestatre vero Deo.

CAP. XVIII.

N diebus illis non erat rex in Israel: & in diebus illis tribus Danitarum quererat sibi hereditatem ad habitandum, nō enim accepérat usque ad diem illum in medio tribuum filiorum Israel hereditatum. Quia incertum est nobis tēpus de quo est sermo, tutum est intelligere de sorte sufficiēte ad habitandum præsentibus tunc Danitis. Et nisi negligētia Danitarum intercessisset, nequaquam scriptura diceret quod usque ad diem illum non accepérat hereditē suam tribus Dan. Miseruntq; filij Dan de familia sua quinque viros de extremo suo viros filios fortitudinis de Zorha & de Eshbaol ad explorandum terram & considerandum eam, & dixerunt eis ite cōsiderate terram: venerantq; in montem Ephraim usque ad domum Michae, & manserunt ibi. Ipsiq; existentibus apud domum Michae, agnouerunt vocem adolescentis Leuita. Alium fuisse modum proferēdi apud Ephraim & aliū apud Iudam ipsa agnitio vocis testatur. declinaueruntque illud & dixerunt ei, quis hic te adduxit, quid hic agis, & quid est tibi hic? Dixitq; ad eos: hæc & hac praesistit mihi Michas, & me mercede conductus ut sim ei in sacerdotem.

CAPVT XVIII.

78

tem dixeruntq; ei: cōsule quas sumus deum an secundabit viam nostram per quam ambulamus. Dicitio interpretata deum, est nōmen Elohim. Parua ipsis cura fuit an verum deum an opinatos deos consulerent. Dixeruntq; eis sacerdos sit in pace, dominus respicit viam vestram & iter quo pergit. Iuxta Hebræum habetur. Ichouah in frōte viae vestre per quam ambulatis. Verum deū responder Leuita præcedere eos ad prosperum iter.

Abierunt igitur quinque vivi & venerant in Lais: videruntq; populum qui erat in medio eius habitantem confidenter, iuxta consuetudinem Zidoniorum quietum & securum, nullo ei penitus resistent. Iuxta Hebræum habetur. & nō faciens pudore verbo, in terra hæres coactor. Et est sensus quod nullus erat vexans eos verbis comminatores, nullus vexans eos iure hæreditatis tanquam hæres dominij super eos, nullus demum vexans eos facto bellico. Deinde immediate sequitur. & distantes ipsi à Zidonii, & verbum non cis cum homine. Recole tamen quod apud Hebreos verbū sumitur quandoq; pro re, & significatur ad literam quod ciuitas ista nullam rem habebat communē cum aliis. Venerantq; ad fratres suos in Zorham & Eshbaol: & dixerunt eis fratres corum, quid vos? Qui responderunt surgite & ascendamus ad eos: vidimus enim terrā & ecce est bona valde, nolite negligere, nolite cessare. Iuxta Hebræum habetur. & vos tacentes? Arguētis verba sunt. Deinde immediate sequitur, ne pigritabimini ad eundum ut ingrediāmini ad hereditandum terram. Hinc clare appetit negligētia Danitarum ob quam nō accepérant hereditatem, ponendo obicem executioni diuinæ promissionis. Quando intrabitis, venietis ad populum securū & terram latam manus, quia tradidit eam deus in manus vestras: locū in quo non est defectus alicuius rei qua est in terra. Dicitio interpretata deus, est nomen Elohim.

P rofecti sunt inde de familia Danitarū de Zorha & Eshbaol, sexcenti vires accincti armis bellicis. Et ascenderunt & castra metati sunt in Cir' iath Icharam in Ichuda. hoc est iuxta ciuitatem illam: ut subiuncta testatur. propter quod vocauerant locū illum castra Dan usque ad diem hanc, & est post Cir' iath Icharam Transferuntq; inde in montem Ephraim: & venerunt usque ad domum Michae. Locūq; sunt quinq; vires qui iuerant ad explorandā terram Lais, & dixerunt fratribus suis: nos tis quod in dominib; ipsis sit ephod. Iuxta Hebræum habetur. num nos tis quod in dominib; ipsis ephod & theraphim & sculptile & conflatile? Aduerte prudens

IVDICVM

dens lector, contextum cum coniunctionibus copulatiis; quoniam hinc argumētū sumitur quōd theraphim distinguitur contra sculptile & conflatile. Dici tamen potest quōd proculdubio distinguitur tanquam nomen officij cōtra nomina artium; hoc est tanquām officium contra res in quibus exercebatur officium illud. & nunc videte quid faciat.

Declinaueruntq; illuc & venerunt ad domum adolescenti levitæ, dominum Michæ; & salutauerunt eum pacifice. Et sexcēti viri accincti armis bellicis sui stabant ad ostium portæ: qui erant de filiis Dan. Et ascendentes quinq; viri qui inerant ad explorādum terrā ingressi sunt illuc ad tollendum sculptile & ephod & theraphim & conflatile: sacerdosq; stabat ad ostium porta, & sexcēti viri accincti armis bellicis. Et isti ingressi sunt domū Michæ; tulerūt sculptile & ephod & theraphim & conflatile: dixitq; ad eos sacerdos, quid vos facitis? Qui responderunt ei: tace & pone manum tuam super os tuum & veni nobiscum & sis nobis in patrem & sacerdotem, quid est melius esse te sacerdotem domus viri viuis aut esse te sacerdotem tribus & familie in Israhel: Et incundum fuit cor sacerdotis: tulitq; ephod & theraphim & sculptile, & ingressus est medium populi. Verteruntq; se & abierunt: & posuerunt parvulos ac inuenta & preciosa ante se. Ne intelligas res raptas ex domo Michæ; sed quia cum vxoribus & filiis & vniuersa supellectili sexcenti isti viri proficisebantur ad nouas sedes, timetēs quod euenit (videlicet quōd homines de familia Michæ; congregarentur aduersus eos pro furto idolorum) præmiserunt caute pueros & reliqua ante se, ne lēsio aliqua inferretur eis à familiaribus Michæ.

Ipsī longē erant à domo Michæ; & viri qui erāt in domib; quæ erant apud domum Michæ; congregati sunt & persecuti sunt filios Dan. Clanaueruntq; ad filios Dan: qui verterunt facies suas & disserunt ad Micham, quid habes quōd congregatus es? Qui respondit eis: deos meos quos feci tulisti & sacerdotem & abiſis. Idola illa quæ theraphim appellata sunt, vocat deos suos. & omnia quæ habeo. Iuxta Hebræum habetur. & quid mihi ultra? Non conqueritur quōd Danitæ acceperint omnia quæ habebat: sed quōd ea quæ acceperant (videlicet deos & sacerdotem) tanti pendebat ut illis perditis nihil fibi superesse videretur. & dicitis mihi, quid tibi est? Dixeruntq; ei filii Dan: cause ne ultra loquaris ad nos, ne veniant ad te viri animo concitati & ipse cum domo tua pereas. Abiceruntq; viri Dan in viam suam: videns autem

Michæ;

CAPVT XVIII.

79

Michæ quōd fortiores se essent, vertit se, & reuersus est in domum suam.

Et ipsi acceperunt que fecerat Michæ & sacerdotem qui fuerat ei: veneruntq; in Lais ad populum quiescentem & securum, & percusserunt eos in ore gladii, & ciuitatem succenderunt igni. Questio an hæc ciuitas si illamet cuius mentio facta est Iosuæ. 19. tractata est ibidem conferendo scripta hæc cum scriptis ibi. Et non fuit liberator quia longinqua erat à Zidone & commercium nō erat eis cum homine, & ipsa erat in valle quæ erat Beth'rechob: ædificaueruntq; ciuitatem & habitauerunt in ea. Vocaueruntq; nomen ciuitatis Dan in nomine Dan patris eoru qui natus est Israheli: & quidem Lais nomen ciuitatis erat in principio.

Posueruntq; sibi sculptile. Iuxta Hebræum habetur. Et fecerūt surgere sibi filij Dan sculptile. Intellige hæc verba de filiis Dan qui habitabant siue ibi siue alibi: vi intelligamus quōd nō solū isti sexcenti Danitæ sed communiter filij Dan exercerunt sibi sculptile. & Iehonatham filius Gherom filij Mosis. Varia est lectio. antiqui codices Hebraeorū habent filij Meseh: moderni habent Menasseh. Et legendō Meseh, intelligunt Mosem (quamvis nusquam alibi sic scribatur Moses) vel quōd auus Ionathā vocabatur Menasses. Deinde immediate subiungitur. ipse & filij eius fuerunt sacerdotes tribui Dan usque ad diem capiuitatis terre. Ex eo quōd dicitur tribui Dā trahor ad intelligendum hæc de tribu Dan communiter. q; facile verificari potest nō multiplicando sculptilia & sacerdotes: nam potest intelligi quōd vniuersa tribū Dan cōcurrebant ad hoc sculptile & vtebatur hoc sacerdote. Et dicit vñq; ad diem capiuitatis terræ, non vniuersa sed illius. sed hoc ad durationem istorum sacerdotiū duntaxat refertur: vt cōtextus ipse sonat. Deinde immediate sequitur. Et posuerunt sibi sculptile quod fecit Michæ, omnibus diebus quibus fuit domus Elobim in Silo. Vide disparitatem, sacerdotium Ionathan in filiis durauit usque ad capiuitatem terræ: sculptile autē Michæ durauit quandiu domus domini fuit in Silo. Et domus quidem domini quanuis quo ad ipsum tabernaculum sine termino certo fuerit in Silo, quo a l officium tamen domus domini desit esse in Silo in morte Heli sacerdotis: & de duratione quo ad officium intellige literam hanc. An autem Ionathan sit nomen propriū illius levitæ qui ex domo Michæ perexit cum ipsis sexcentis viris, quanuis non explaneatur

IVDICVM

tur in litera: cōsentaneum tamen rationi est ut quenadmodum explicatur in calce quodd̄ sculptile trib⁹. Dan erat sculptile quod fecit Michas, ita explanetur nomen sacerdotis sāpe repetiti absque nomine proprio.

Vna tamen superest quæstio, de duratione sacerdotij vñque ad diem captiuitatis terre: quia captiuitas terre fuit post tempora Dauidis: tempore autem Dauidis ordinati⁹ fuit sacerdotium, nec in tribu aliqua permisit Dauid huiusmodi abusus. Crediderim ego propter hanc rationem qđ nō est sermo de captiuitate terræ quæ facta post tempora Dauidis, sed de aliqua alia particulari captiuitate illius terre facta prius: non enim omnia sunt scripta.

CAPVT XIX.

T fuit in diebus illis, non erat rex in Israēl: fuiq; vir Leuita peregrinans in latere. Iuxta Hebræum habetur. in pedibus montis Ephraim. Im pars mōtis significatur. qui accepit vxorem. Iuxta Hebræū habetur. mulierem concubinā. Vxor significatur quo ad thorum: sic enim prisci patres appellabant concubinas quæ quo ad thorum duntaxat erant uxores. de Beth' lechem Ichude. ad differentiam alterius Beth' lechem in Zabulon. Et reliquit eum. Deficit ante hanc clausulam una clausula: videlicet. Et fornicata est super eum concubina eius. Hæc est causa quare recessit à marito, quia fornicata est. Deinde sequitur. & recessit ab eo ad domum patris sui in Beth' lechem Ichude: mansitq; apud eum quatuor mensibus. Iuxta Hebræum habetur. annum quatuor menses. Quanvis dictio interpretata annum, interpretari posse dies: & sic legendum esset. dicrum quatuor menses. Elige lector, quem malueris sensum. Surrexitq; vir eius & iuit post eam vt loqueretur ad cor eius ad reducendū eam, & puer eius erat eum co & par asinorū: quæ introductus eum in domū patris sui, & vidit eum pater puella & latens est in occurso eius. Et amplexus est eū sacer eius pater puella, & mansit cū eo tribus diebus: comederūtq; & biberūt & māscrunt ibi.

Et fuit die quarta, surrexerunt mane, & surrexit vt abiret: dixitq; pater puella ad genitum suum, fulci cor tuū bucellapans & postea ibitis. Sederuntq; ac comederunt ambo simul, & biberunt: dixitq; pater puella ad virum, queso vt hodie maneat & letetur cor tuum. Surrexitq; vir vt abiret: & compulit eum sacer eius, & reuertens est & mansit ibi. Surrexitq; mane die quinta vt abiret: & dixit qđ pater puella, fulci queso cor tuum, & remoratus est cum usque ad

CAPVT XIX.

80

inclinationem dici. Non est verisimile quodd̄ hæc verba dixerit mane, sed post prandium ad euitandum calorem metidianiū. comederuntq; ambo. Surrexitq; vir vt abiret cum concubina sua & puer: & dixit ei sacer eius pater puella, ecce nunc dies ad occasionem tendit, mane que so etiā hodie hic & letetur cor tuū, crasq; surgetis in viam vestram & ibi in tentoria tua.

Noluitq; vir manere, sed surrexit & abiit & venit contra Iebus, ipsa est Ierusalaim: dicens secum duos asinos onustos & concubinam. Ipsis existentibus iuxta Iebus, dies inclinatus erat valde: diezitq; puer ad dominum suum, veni obsecro & declinemus ad ciuitatem hanc Iebusærum & maneamus in ea.

Cui respondit dominus eius: non declinemus ad ciuitatem gentis alienæ que nō est filii Israēl. Hinc sumitur argumentū quod historia hæc fuit tanquam Ierurusalem esset tam Iudæ quā Beniamin. Dici tamen posset quod historia hæc fuit medio tempore: videlicet post cōbuſtionem illā Ierusalē quæ facta est à tribu Iudæ antequam habitaret Beniamin in ea cū Iebusæis, sed transamus usque ad Ghibham: & cum illuc peruenierimus, manebimus in ea aut certè in Rama. Transieruntq; & abierrunt: & occubuit eis sol iuxta Ghibham que est in tribu Beniamin. Diuerteruntq; ad eam vt manerent ibi: quo cum intrassent sedebant in platea ciuitatis, & nullus eos recipere volebat hospitio. Et ecce vir senex venit ab opera sua ex agro in vespera: qui & ipse de mōte erat Ephraim & peregrinabatur in Ghibba, homines autem loci illius erant filii Iemini. hoc est filii Beniamin. describitur enim quod nō solidū ciuitas erat in sorte Beniamin sed habitatores erant filii Beniamin: iste autem qui hospitalitati vacauit peregrin⁹ erat, vt pote de tribu Ephraim. Elevatisq; oculis suis vidit senex sedentem hominem. Iuxta Hebræum habetur. virum viatorem. Et ad hoc clarificandum interpres addidit. cum sarcinulis suis, hoc enim in textu non habetur: sed ad explanandum quomodo cognoverit illum esse viatorem, adiunctum est. in platea ciuitatis: & dixit ad eum, quo vadis & unde venis? Qui respondit ei: transimus de Beth' lechem Ichude usque ad pedes montis Ephraim unde sum & petrei usque ad Beth' lechem Ichude, ad domumq; domini vado. Nomen est tetragramaton. dom⁹ siquidē dei tūc erat in sorte Ephraim. & nō est vir colligēs me in domū. Palea & fanū est asinus nostrū, & etiā panis & vinū est mihi & acille tue & puer cū seruo tuō nulla re indigemus nisi hospitio. Cui respondit senex: pax tibi sit, ego præbeo omnia qua necessaria sunt

sunt, tantiū in platea ne maneat. Introduxitq; cum in domum suam & pabulum asinis præbuti: & lauant pedes suos, comederuntq; ac biberunt.

Illis epulantibus, ecce venerunt vii ciuitatis vii filii Beli iahal, id est, absque ingo. Optimè interpres addidit, id est, absq; in iugo: vii enim liberi ad malum tanquā sine lege significatur. & circūdantes domū pulsauerunt ad ostium: dicseruntq; ad virū dominū domus senē dicndo, educ virum qui ingressus est dominū tuam ut abutamur eo. Quanuis Hebraicē habetur. & cognoscemus eum. cognitio tamen pro actu venereo ponitur: ut subiuncta senis verba manifeste testantur. Egredissim; est ad eos senex & ait: non, fratres mei, nō faciat malum hoc, q; a ingressus est vir iste domum meam, cessate ab hac stultitia. Legendum esset. ignorinia. fuisset enim ignominia magna. Habeo filiā virginē & hic vir habet concubinam, educam eas ad vos, humilietas eas & vestram libidinem compleatis. Iuxta Hebræum honestius habetur. & facite eis bonum in oculis vestris. Sic enim locutus fuerat etiam Lot, vbi disputauimus de peccato offerentium filias, vide ibi: tantum obsecro ne scelus hoc contra naturam operemini in viri. Iuxta Hebræum habetur. & viro isti nō facietis rem ignominia huius. circumloquitur enim abusum viri. Et nolebat acquirere sermonibus eius: quod cernens homo, eduxit ad eos concubinā suam & eis tradidit illudendam. Iuxta Hebræum habetur. & apprehendit vir in cōcubina sua, & fecit exire ad eos foras: & cognoverunt eam & abusi sunt ea tota nocte usque mane, dimiseruntq; eā in ascensu auroræ. Mirum est quod non acquiescentes verbis senis offerentis concubinam hospiti & propriam filiam, acquieuerint facto hospitis concedentis eis solam concubinā.

Solutio est quod multa alia intercesserunt quā hīc tacētur, nam inferius leuita iste refert coram senioribus Israel quod viri isti quārebant occidere ipsum leuitam: quod hīc tacetur. Secundum igitur rei gestæ ordinem viri isti primū quāsuerunt abuti leuita illo, nec acquieuerunt precibus senis, deinde vel difficultate vel ira vel nescio qua occasione mutati, ad occidendum leuitam se verterunt: quo se tuente cum aliis qui domi erāt, tandem ad hoc deuentum est ut data illis concubina leuitæ desisterent à vexatione domus: & sic leuita quasi violentè apprehendit cōcubinam propriam & compulit illam ad exeundū foras. Hic ordo quadrat scriptis utrobique: diuinare enim oportet.

Sed

Sed tunc occurrit antiqua quæstio, quomodo licuit Leuit flagitium flagitio repensare: ipse enim factō dedit vxorem suam illis. Solutio est quod flagitium flagitio repēsare nunq; licet: sed repensare passionem inferēdam sibi ex uno alieno flagitio altera passione inferenda ex minore alieno quoque flagitio, nullum peccatum est. In proposito autem Leuita pati mortem propriā repensauit supplicio vxoris: ita quod non cōsensit in adulteriū vxoris, sed in supplicium quo affligēda erat à tot vexatoribus secundum actus venereos: & quemadmodum vxor inuita passa est (& ideo excusat) ita Leuita inuitus vxoris supplicium pertulit ut vitam propriam seruaret, non credere vxorem inde morituram. Sed restat quæstio an licuerit viro passionem propriam repensare passionē vxoris inuitæ. Solutio est quod excusat à tanto (eo quod vxor est aliquid viri) sed non à toto: quia non subditur vxor viro quo ad hoc. Et mulier recentibus tenebris venit ad ostium domus vbi erat dominus eius, & ibi corruit.

Manéque factō surrexit dominus eius, & aperuit ostium domus, & egressus est ut iret in viam suam: & ecce cōcubina eius iacebat ante ostium, & manus eius erant super Limen. Et dixit ad eā, surge & eamus: qua nihil respondentē intelligens quod esset mortua, tulit eam & imposuit asino, reuersusque est in domum suam.

Quam cum esset ingressus, accepit gladium: & cadaser vxoris cum oīibus eius in duodecim frusta concidit, & misit in omnes terminos Israēl. Forte duo misit in tribum Menassis, quia media trans flumen habitabat Iordanis. & forte etiam ad ipsam tribum Beniamin misit suam partem, ne non requisita videretur. Quod cum vidissent singuli clamabant. Parui refert quod aliter introducit Hebitacē. Et erit omnis videntes & dicet, non fuit & non fuit visum sicut hoc à die quo ascenderunt filii Israel ē terra Aegypti usque ad diem hanc: ponite vobis super hoc, consulite & loquimini. Verum quoniam sententia in idem redit, transeō hūsimodi leuia.

Greciā; sunt omnes filii Israēl, & congregatus est cœtus tā-
E quā vir vius à Dan usq; ad Beerselah, & terra Ghilad. Meminit specialiter terra Ghalagad, quia erat extra terram promissionis. Et appellatione Ghalahad venit vniuersa regio trans Iordanem, in qua erant duæ tribus & dimidia. ad dominum in Mizpa. Optimū principium cōuenire ad sup-

L plicandum

plicandū Deo. Et est sermo de Maspha quæ erat in tribu Iudeæ. Sicuterūq; anguli totius populi omnium tribuum Israël. hoc est principes totius populi quos capitanos milites appellant. in ecclesia populi Dei, quæ trāginta millia virorum peditum pugnatorum. Dic̄tio interpretata Dei, est nōmen Elohim. de scripto enim loco vbi conuenerunt, describitur vñitas populi coletis vñum Deum, ut zelus Dei ratio conuenienti declaretur. Et audierunt filii Biniamin quod ascēdissent filii Israël in Mizpam diceruntq; filii Israël, loquimini quomodo fuit malum hoc.

Responditque vir Leuita maritus mulieris occisa & ait: veni in Ghibham Biniamin cum uxore mea ad hospitandum. Et surrexerunt aduersum me heri Ghibba: & cuncti dederunt no[n]c domum in qua manebam volentes me occidere. Ecce ex relatio[n]e Leuitæ apparet quod tacitum fuit in precedente capitul[o]. Vxoremq; meam vexarunt & mortuam est. Quam arreptam in frusta concidi, misericordia in omnes terminos possessionis vestre. Iuxta Hebræū habetur. hereditatis Israël. Et statim sequitur, quia fecerunt fornicationem & izominiam in Israël. Et statim sequitur. Ecce omnes vos filii Israël date vobis verbum & consilium hic. Modus loquendi variatur, sententia autem in idem reddit: & propterea in huiusmodi leuibus pertransimus.

Surrexitque totus populus tanquam vir vñus dicendo: non recedemus in tentoria nostra nec in suam domum quisque declinabit. Sed hoc contra Ghibbam in force faciemus. decem viri accipiantur è certum ex omni tribu Israël, & ceterum de mille, & mille de decem milibus ut comportent exercitus cibaria ut possemus pugnantes contra Ghebah Biniamin reddere ei quod pro scelere merearūt. Conuenientque omnis vir Israël in ciuitatem, tanquam vir vñus socii. Quāuis non explicetur nomen ciuitatis, subiuncta tamen insinuant quod in ciuitatem Maspha venerint: explicatum enim fuerat nōmen ciuitatis. nam in capitulo ultimo clare dicitur quod in Maspha iurauerunt quod non darent filias suas filiis Biniamin: hoc autem iuramentum fuit post negatam iustitiam à Beniamitis. Misericordia tribus Israël nuncios ad totam tribum Biniamin dicēdo: quod malum hoc quod factum est in vobis. Et nōc tradite homines de Ghibba qui hoc flagitium perpetrarunt ut moriantur & auferatur malum de Israël. Non fuerat in culpa universa tribus Beniamin & propterea tota tribus requiritur ad opus iustitiae, ad vindictam malefactorum. Qui noluerunt fratrum suorum filiorum Israël vocem audire: sed congregati sunt filii Biniamin

Biniamin è ciuitatis in Ghibbam ut existent ad bellum contra filios Israël. Inuentaque sunt de Biniamin vigintiquinq; millia. Corrupta est litera, Legēdum est. virginis & sex millia virorum eductum gladium. sic enim habet Hebraica veritas. Pr̄ter habitatores Ghibba qui septingēti erāt, viri fortes ita sinistra ut dextra preliantes. Oppositum habetur Hebraicēnam legitur. vir elephas, clausus manum dexteram suam. De quolibet iforum septingentorum dicitur clausus manum dexteram suam, quia sinistra utebantur pro dextra: ut latius declaratū fuit superius cum de Aioth idem scriptū fuit. omnes isti funda iacebant lapides ad capillum, & non desicabant. Hyperbolicus est sermo.

Vlorum que ne Israël pr̄ter filios Biniamin inuēta sunt quadragesima milia eductum gladios & paratorum ad pugnā. Qui surrexerunt & venerunt in domum Dei, hoc est in Silo. Iuxta Heb̄a habetur. & ascendunt in Beth'el. sed interpres exposuit, hoc est in Silo. Verē venerūt in domum Dei, ita quod Bethel nō est nōmen proprium loci, sed sunt duæ dictiones. Beth enim significat domum, & El significat Deū. Testatur enim subiuncta quod de domo Dei hoc est de tabernaculo vbi erat arca foederis & summus sacerdos, est sermo. cōsulueruntq; Deum. Nōmen est Elohim, cuius est iudicia vindictæ decernere. atque dixerunt, quis erit in exercitu nostro princeps certaminis? Similis accidit hīc varietas ei quæ commissa est in principio huius libri. nam Hebraicē habetur. qui ascendet nobis in principio ad bellum contra filios Biniamin? Non petitur dux exercitus: sed quæ tribus primam aciem habebit. quibus respondit dominus Iudas sit dux vester. Iuxta Hebræū habetur. Iehuda erit in principio. Caput totius exercitus decernitur tribus Iudeæ: ut videlicet sit prima ad pugnandum.

Surrexeruntq; filii Israël m̄ne, & castrati sunt cōtra Ghibbam. & egressi sunt viri Israël ad pralium contra filios Biniamin: & dispositi sunt viri Israël cōtra eos pralium ad Ghibbam. Egressi q; filii Biniamin de Ghibba, postuerunt de filiis Israël die illo vigintidu[m] millia virorum. Et cōfortatus est populus virorum Israël: & addiderunt ut disponerent pralium in loco in quo disposituerant die prima. Ascenderontque filii Israël & steyerunt ante dominum usque ad vesperam: & interrogauerunt in domino dicendo, addā ultra procedere ad dimicandum contra filios Biniamin fratris mei an nō: quibus respondit dominus, ascendite ad eum. Accesseruntque filii Israël ad filios Biniamin die secunda. & egressus est Biniamin in occursum

eorum de Ghibba die secunda: & prostrauerunt de filiis Israel adhuc decem & octo millia virorum edacentium gladium. Mirus evenitus. deo siquidem approbatte imfno dāte eis caput aggressi sunt iustissimum bellum, & tamen bis cāsi sunt & tanta multitudo perempta cum turpi fuga. Occulta sunt nobis iudicia Dei quo ad eorū rationes in specie: in genere autem scimus quōd iusta sunt: in litera siquidem nulla innuitur ratio nisi quōd tertia duntaxat vice fit mentio maioris humilitatis ac deuotionis in Deum Israelitarum, narrando quōd tunc non aliqui, sed omnes filii Israel venerūt ad domum Dei, & quōd nō solum fleuerunt (vt secunda vice) sed etiā quōd ieunauerunt, & tertio quōd obtulerunt holocausta: pacifica: & demū fit mētio quōd erat ibi arca dei & Phinees pōtifex stabat ante arcā, & quod per ipsum cōsuluerunt Ieum. Hęc tamen duo ultima de arca & de Phinees nō arctantur ad tertiam vicem: quoniā exp̄s̄e veritas Hebraica habet quōd arca erat ibi in diebus illis, & similiter Phinees in diebus illis: per hoc enim in sinuatur quōd nō tantū illa tertia vice sed in illis diebus quibus fuit bellū erat ibi & arca & pōtifex. Nulla itaque ex hac scriptura habetur ratio ex parte Dei quare prima & secunda vice Israēlītæ succubuerunt, tertia autem vītores fuerunt, nisi quia tertia vice fuit concursus totius populi, & adiunctum est ieunium cū holocaustis & pacificis. Dico autem ex parte Dei, ad differentiā humanae industriae quae adhibita fuit non prioribus vicibus. sed tertia: videlicet de ordinata simulatione fugę ad educendum Beniamitas longe à ciuitate & diuidendum eos in diuersas vias, & ordinatis simul infidiis tum ad comburendum ciuitatem tum ad percutiendum euadere volentes.

Ascenderuntq; omnes filij Israel & totus populus & venerunt in domum Dei: fleuerintque ac manserunt ibi corā domino & ieunauerunt die illa usque ad vesperam: & obtulerunt holocausta & pacifica coram domino. Interrogaueruntq; filij Israel in domino: & ibi erat arca fœderis Dei in diebus illis. Nomen est Elohim, cōsonans fœderi tabularum quae erant in arca. Et Pinchas filius Elazar filij Abaron stabat ante eam in diebus illis dicendo, addam vlt̄a egressi ad prælium contra filios Biniamin fratris mei an cessabo? Hinc patet rem hanc gestā fuisse viuente adhuc Phinees. dixitq; dominus, ascendite quia eas dabo eum in manum tuam.

Posuitq; Israel insidias cōtra Ghibbam per circumitum. ascende-

runtq;

rintque filij Israel ad filios Biniamin sic tertia, & disposerunt ad Ghibbam sicut semel & iterum. Egressiq; filij Biniamin in occursum populi, euuls̄ sunt à ciuitate: & cōperant percutere de populo fugiente sicut semel & iterum per duas semitas. Arte fugiebant per diuersas vias vt diuidenter persecutores. quarum una ascendebat in Bethel. Duæ sunt dictiones, vt prædictum est. & altera in Ghibbam iuxta Hebr. adiūgitur in campo, & deinde sequitur. circiter triginta viros in Israel. Scito quōd Ghabaha quādoque est nomen proprium: vt haec tenus ciuitas in qua commissum fuit tantum sc̄lus vocata est Ghabaha, quandoque verò est nomen appellatum, & significat collem: & sic sumitur hic. propter quod aliungitur in cāpo. Discerne ergo prudēs lector, quando est nomen proprium & quando appellatum. Putauerunt enim filij Biniamin eos fugere sicut prius: filij autem Israel dixerunt, fugiamus & enellamus eos ex ciuitate ad sc̄mitas. Omnes itaque viri Israel surgentes de loco suo struxerunt acium in Bahlithamar: insidiasq; Israel paulatim se aperire cōperunt, & ab occidentali ciuitatis parte procedere. Et venerunt cōtra Ghibbam decem millia virorum electorum de Israel, & praliū aggrauatum est: illi que non intellexerunt quōd ex omni parte ipsis instaret interitus. Percusseruntq; eos dominus in conspectu filiorum Israel. Summo Deo attribuit scriptura victoriam. & interfecerunt filij Israel de Biniamin in die illa vigintiquinque millia & centū viros, omnes bellatores & educentes gladium. Hic quidem describitur numerus occisorum Beniamitarum quantum ad tempus, videlicet illo die: inferius autem describitur idē numerus in tres diuisus partes, quia describitur quo ad locum. & horum decem & octo millia in loco uno, quinq; millia verò alibi, & duo milia demum ultra tendentia occisa sunt.

Filiū autem Biniamin cum se inferiores esse vidissent, cōperunt fugere quod carentes filij Israel dederunt eis ad fugiēdum locum, vt ad preparatas insidias deuenirent quas iuxta ciuitatem posuerāt. Quae cum repente de latibulis surrexisserint & Biniamin terga cedentibus daret, ingressi sunt ciuitatem & percusserunt eā in ore gladij. Signum autem dederant filij Israel iū quos in insidiis collocauerant, vt postquam ciuitatem cepissent ignem accenderent: vt ascēdente in altum sumo captam ciuitatem demonstrarent. Verterintque se filij Israel in prælio: filij autem Biniamin putauerunt eos fugere, & instantes persecuebantur cōsis ex exercitu Israel circiter triginta viros. Combustio autem capit ascendere ē ciuitate vt columna sumis:

L iiiij

respexi q;

respxitq; Biniamin post se, & ecce ascendebat combustio ciuitatis ad celum. Viri autem Israhel reuerterunt se quod cum vidissent filij Biniamin in fugâ versi sunt. & ad viam deserti ire caperunt, illuc quoq; eos aduersarii persequentibus: & q; qui ciuitatem succederant occurrerunt eis. Atque ita scilicet ut ex vtraque parte ab hostibus caderentur, & sine quiete conculcarentur usque ad orientalem plagam ciuitatis Ghibba. Cecideruntq; de Biniamin decem & octo millia virorum: & omnes ij erant viri fortes. Qod cum vidissent qui remanserant de Biniamin, virerunt se & fugerunt in solitudinem ad petram Rimmon, in qua fuga occisa sunt in semitis quinque millia virorum: & persecuti sunt filij Israhel Biniamin usque ad Ghibbon, & percusserunt ex eo duo alia millia virorum.

Fueruntq; omnes qui ceciderunt de Biniamin & diversis locis vingtiquinque millia virorum, edacentium gladium in die illa. Non aduersatur hæc summa prius scriptæ summæ vingtiquinque milliū & centum: subintelliguntur enim centum taciti. Remanserunt itaque de omni numero Biniamin qui evadere potuerant & fugere in solitudinem sexenti viri: māseruntq; in petra Rimmon quatuor mēsibus. Supputando filios Beniamin superius scriptos, perspicuum est fuisse vingtisex millia & septingentos, mortuos autem ex his vingtiquinque millia & centū: residui igitur fuerunt mille & iexcti: quo itaque pacto verificatur ista litera narrans quod residui fuerunt sexenti viri: Solutio est quod mille viri occisi in primis duobus congressibus subcentur: nulla enim in litera fit mentio de Beniamitis occisis in primis duobus præliis: sed narrando demum remansisse duntaxat sexctos, insinuat quod mille oceisi fuerant in primis præliis. Regressi autem viri Israhel ad filios Biniamin, omnes reliquias ciuitatis à viris usque ad iumenta gladio percusserunt: cunctasque ciuitates que inuenient sunt vorax flama consumpsit. Magna apparet crudelitas seuire in mulieres ac infantes ex tribu Beniamin nulli atati nullique sexui parcendo: neficio quo iure hoc fecerint, cum in lege Mosis clarè inhibeat occidere filios pro peccatis parentum. Suspicor autem ab exēp' o maiorum didicisse quod quandocunque domus vel ciuitas decerneretur anathema (sive alieni sive Israhelitici generis) tūc interimebant omnes sine discretione. & propterea tales censuerunt tunc filios Beniamin. Et mos iste fultus est auctoritate legis Deuterono.13.vbi decernitur quod ciuitas Israhelita declinans ad idolatriam puniatur sic. similiter fultus est

à iudi-

à iudicio Iosuæ qui Hachan cum suis omnibus obruit.

Vraverunt autem filij Israhel in Mizpa dicendo: nullus ex nobis dabit filiam suam Biniamin in uxorem. Hinc clare habes quod in Maspha existentes filii Israhel accep- rant responsum negata iustitiae à filiis Beniamin. nam post negatam iustitiam iurauerunt se non tradituros illis filias suas in uxores. Venerintque omnes ad domum Dei in Silo. Iuxta Hebraeum habetur. Et venit populus Beth' el, & sederunt ibi usque ad vesperam in conspectu Elohim: lenaueruntque vocem suam & fleuerunt sicut magno. Commiseratio populi respectu tribus Beniamin destribuit. Ac dixerunt: quare domine Deus Israhel. Solita sunt no[n]ina. Ichouah Elohe Israhel. implorat enim summi Dei ac gubernatoris eorum consilium. fuit hoc in Israhel, ut desiceret hodie ex Israhel una tribus. Angustiae erat vnde dare residuis in uxores proprias filias, erat per iuriū: admittere autem mulieres finitimas, erat contra legem.

A litera autem die diluculo consurgentes extruxerunt altare: ob- tulerintque ibi holocausta & pacificas victimas. Mirum est quod ibi (videlicet in loco domus Dei) edificauerint altare, propterea quod altare holocaustorum erat ibi secundum legis decretum. Solutio est quod altare factū à Moysi non erat sufficiens ad sacrificia populi: & propterea in supplementum edificatum est nouū altare, vel antiquū illud altare passum ruinā fuerat. Ignoramus enim gesta illius téporis. Dixerintq; filij Israhel, quis nō ascendit in exercitu domini de viuencis tribubus Israhel: magno enim iuramento se costrinxerant: cū essent in Mizpa, interfici eos qui defuerint. Et alterū iuramentū (videlicet interficiendi Israëlitas qui deessent huic cōmuni bello) factū narratur in Maspha. Et ducti penitentia filij Israhel erga fratrem suum Biniamin dixerūt: ablata est hodie tribus una de Israhel. Vnde accipiet q; qui remanserunt uxores: omnes enim in cōmune iurauimus per dominū, non datus nos eis filia nostra in uxores. Idcirco dixerunt, quis est de omnibus tribubus Israhel qui non ascendit ad dominum in Mizpā? & ecce inuenti sunt habitatores Iabes Ghilhad in illo ex- erciu non fuisse. Iuxta Heb. habetur. & ecce non venit vir ad castra ex Iabes Ghilhad ad congregacionem. Narratur factum: vi- delicit quod labita non venerant ad congregacionem castrorum. Eo quoq; tempore cum essent in Silo, nullus ex eis ibi reper- ius est. Iuxta Heb. habetur. Et numeratus est populus: & ecce non

L. iiiij. ibi

ibi vir ex habitatoribus iabes Ghilhad. Prius narratum est quod non interfuerunt Iabitæ: nunc narratur modus quo compertum est quod Iabitæ non interfuerunt, videlicet recensendo populum qui interfuit exercitu.

Miserunt itaque decem millia. Legedium est. Misérantque illic congregationem duodecim milium virorum fortium. sic enim habet Hebraica veritas. & præcepunt eis dicendo, ite & percuite habitatores Iabes Ghilhad in ore gladij. & mulieres & parvulos. Et hoc est quod obseruare debet: omnem masculum & omnem mulierem quæ cognovit virum interficite. Ecce iterum sauitia in innocentes Israelitici generis: & certè non ob magnum scelus, sed ob negligentiam maiorum. Inveniètq; sicut de habitatoribus Iabes Ghilhad quadringenta pugile virgines quæ non nouerant viri thorum & adduxerunt eas ad casam in Silo in terra Chenahan. Dicitur in terra Chenahan, cuius Iabes Ghilhad erat trans Iordanem vbi erat duæ tribus & dimidia, nec erat pars terræ promissionis quæ appellatur terra Chanahā. Misérantq; tota congregatio & locuta est ad filios Beniamin qui erant in perra Rimmon: & vocauit eos in pace. Et reuersus est Beniamin in tempore illo, & dederunt eis mulieres quas viuiscauerant ex mulieribus Iabes Ghilhad. & non sufficerunt eis sic.

Totiusque Israel valde doluit, quia fecit dominus fracturam in tribibus Israël. Dixeruntq; senioris congregationis, quid faciemus reliquis qui nō accepimus vxores omnes enim de Beniamin femme conciderunt. Et dixerunt: opus est ut sit hereditas iis qui euaserunt de Beniamin, vt non deleatur vñatribus ex Israël. Nōque non possumus dare eis vxores de filiis nostris: constricti iuramento quo diximus, maledictus qui dederit vxorem Beniamin. Et dixerunt: ecce solemnitas domini est in Silo anniversaria, qua sita est ad septentrionem urbis Beth' el ad orientalem plagam via que de Beth' el reddit ad Sichiman, & ad meridiem oppidi Libona. Interpres expofitoris officio fngitur, nam Hebraicè habetur, qua à Septentrione ad Beth' el ad Orientem via ascendentia à Beth' el ad Sechem, & à meridie ad Lebonam. Sic describitur in textu Hebreo situs huius festivitatis. Festivitas enim ista erat quidem festivitas domini in ciuitate Silo vbi erat arca Dei: sed extendebat quasi processio festiva usque ad certum locum extra ciuitatem, cuius loci situs describitur relativè ad tres coeli plagas.

Præcepuntque filii Beniamin dicendo, ite & latitate in vineis: cumq; videritis filias Silo adducendos chorus ex more procedere, exi

te

*te repente de vineis, & rapite vobis vñusquisque vxorem suam de filiabus Silo: & pergit in terram Biniamin. Duplex quæſtio occurrit. altera, an senes isti periurium incurrerint prouidendo Beniamitis de filiabus suorum in vxores: vniuersi enim iura uerant. Altera, an & senes & Beniamitæ peccauerint peccato raptus. Solutio primæ est quod ipsi qui iurauerant, scientes formam iuramenti, interpretati sunt iuramentum fuisse vinculum singulorum: videlicet quod nullus propriæ filiam daret Beniamitis in vxorem. & properea non fuerunt periuri tā tradēdo illis filias Iabes quām tradendo filias Silo: isti enim senes neutrīus erāt ciuitatis. Solutio secundæ est quod cū voluntate & proposito maleſicia distinguantur, & in hac actione nulla fuit voluntas rapiendi, nō est cōmissum peccatum raptus formaliter sed raptus dūtaxat materialiter. nō enim tendebatur ad iniuriā inferendā nō regis l*IV.* & cōsanquineis aut puellis (vt patet) seron & Chil' ion Eph'rathæ de tiam parentum ob iuramentū sicut regionem Moab, & fuerūt ibi. pinam adimpleretur voluntas Nahomis: & remansit ipsa ac duo ramenti fuissent ut rei probates Moabitidas, nomen vnius Horpa vel fratres earum ad litigandum transferunt ibi circiter decem annos. Et eorum, non enim rapuerunt eas iach' lon & Chil' ion: remansitq; mūroganib⁹ ut acciperent non decarito.*

Luxta Hebræum longè aliter, & reuersa est ex regione Moab: liber vxorem suam in bello, quia quod visitasset dominus populu suū, pabimini. Integrant senes ex diu loco in quo erat & due nurus eius rapina. alterū est quia nō prouundo ad terram Ichude. Dixeruntq; Ghalahad cuilibet filiorū Beniædite vnaqueq; in domum matris enim ducenta. & in capite hoc tru' ordiam sicut fecisti cum mortuū cōmuniſ deliberatio prouidevit inueniatis requiem, tū seniorum authoritas cōcurrentis ad hanc rapinam. Alterum est q; hoc modo fine culpa vestra sine via latrone periurij adimplerum est quod omnes desiderabamus: quia non vos dediſtis ipſis vxores, quod fuisset contra iuriurandum quēadmodum tempus imputasset vobis periurium: durabat siquidem tempus quo culpati fuissent si ipſi dediſſent filias suas Beniamitis. sic autem non vos dediſtis, & ipſi habent uxores filias vestras absque hoc quod possit culpari. Et hinc patet quod ad supplendum impotentiam parētum ad dandum proprias filias ordinabatur directè hæc actio.

Feceruntq; ita filii Beniamin, & tulerunt uxores iuxta numerum suum

Suum de iis que ducebant choros quas rapuerat: abieruntq; & reuersi sunt in hereditatem suam, edificaueruntq; ciuitates & habitarunt in eis. Abierunt quoque inde filii Israel in tempore illo, unusquisque ad tribum suum & familiam suam: exieruntque inde quilibet ad hereditatem suam. In diebus illis non erat rex in Israel: sed unusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

Et sic finitur liber Iudicum. Romæ die X IIII.

Iulij. M.D. XXXI.

THOMAE DE VIO CAIETANI, CARDINALIS SANCTI Xysti, in librum Ruth annotationes.

*C*rans Jordanem volvitur pars terræ promissionis quam Misitq; tota congregatio & locuta est perra Rimmon: & vocauit eos in partem illo, & dederunt eis mulieres ribus Iabes Ghilad, & non sufficerent.

Totiusque Israel valde doluit, quod tribibus Israel Dixeruntq; seniorum reliqui qui non acceperunt uxores mina conciderunt. Et dixerunt: opus erunt de Biniamin, ut non delectetur vestrum possumus dare eis uxores de filiabus diximus, maledictus qui dederit vestram. *Clemens domini est in Silo, vterinis; non h' cl ad orationem.* Itē testantur verba Noëmi ad nubes suas, dicendo quod ipsa est inepta ad generandum filios qui sunt mariti earum. Secundum in eodem capitulo quæstiuncula non caret quomodo Noëmi hortata est Ruth post reuersam alteram Nurum dicendo ecce reuersa est fratria tua ad populum suum & ad Elohe suos, reuertere post eam. *h' enim exhortatio sonat reuersionem ad idolatriam: nam loabite idolatra erant. Solutio est quod hoc interueniebat per accidens relatiū ad intentionem Noëmi: ipsa siquidem nihil aliud intendebat nisi consolationem nubes ut nuberet & quiesceret. unde & non dixit reuertere ad Elohe tuos, sed reuertere post fratriam tuam: quæ reuera amore*

IBBR Ruth scriptus noscitur ad texendā genealogiam Davidis regis: & historia est tam clara ut expositione non egeat. Quædam tamen annotata sunt. Primum in capitulo primo quod etiam mulierculæ sciebant legendam scriptam Deute. 25. de suscitando semine fratris defuncti, intelligi de fratribus carnalibꝫ etiam

amore nuptiarum reuersa fuerat. Tertium de diuinis nominibus dicendum esset, quia bis in hoc primo capitulo deus nominatur Sadai: nisi alias hoc idem nomen in libris Mosis tractasssemus.

Demum in calce libri genealogia à Phares usq; ad Davidem scripta restatur libellum hunc scriptum fuisse non solum post natum Davidem sed etiam postquam David factus est rex, hoc enim insinuat ex hoc quod solus David hic nominatur filius Isai. Quis autem fuerit author libri huius nescitur. Plura non occurunt scribenda circa libellū hunc.

LIBRI RVTH CA. I.

Tfuimus diebus quando iudicabant iudices, fuit famæ E in terra abitq; vir de Beth' lechem Ichude ut peregrinaretur in regione Moab, ipse & vxor eius & duobus liberis eius. Nomenq; viri Elimelech, & nomē uxoris eius Nahomi, & nomen duorum filiorum eius Mach'lon & Chil'ion Eph'rathæi de Beth' lechem Ichude: ingressiq; sunt regionem Moab, & fuerunt ibi.

Et mortuus est Elimelech vir Nahomi: & remansit ipsa ac duo filii eius. Accepteruntq; sibi uxores Moabitidas, nomen viuis Horpa & nomen alterius Ruth: & manserunt ibi circiter decem annos. Et mortui sunt etiam ambo ipsi, Mach'lon & Chil'ion: remansitq; mūlier orbata duobus liberis ac marito.

Surrexitq; ipsa & nuras eius, & reuersa est ex regione Moab: audierat enim in regione Moab quod visitasset dominus populu suū, dando eis panem. Etegressa est ē loco in quo erat & due nuras eius cum ea: abieruntq; per viam redeundo ad terram Ichude. Dixitq; Nahomi duabus nubibus suis: ite redite unaqueq; in domum matris sue, faciat dominus vobis cum miseri oriam sicut fecisti cum moribus & mecum. Det dominus vobis ut innueniatis requiem unaqueq; in domo viri sui: & osculata est eas, leuaueruntq; vocem suam & flauerunt. Dixeruntq; ei: tecum pergemus ad populum tuum. Quibus illa respondit: reuertimini filie meæ, cur: venitis mecum: num ultra habeo filios in vtero meo ut viros ex me sperare possitis? Reuertimini filie meæ ite, iam enim nimis sensi ut sim viro: si dicerem est mihi spes, etiam si essem hac nocte cum viro & etiam parerem filios, an eos expel:abitis donec crescant: an ligabitimi ab esse viris non filiae meæ quia amaritudo esset mihi valde magis quam vobis, quis egressi est in me manus domini. Leuaueruntq; vocem suam & rufum fleuerunt: osculataque est Horpa socrum suam, Ruth vero adhaesit ei. Et dixit ecce reuersa est fratria tua ad po-